

II

LA CONSTITUCIO CATALANA DE LA CORT
GENERAL DE MONTÇO DE 1363

Per la importància d'alguns dels seus capítols, particularment interessants en ordre al dret privat, la constitució catalana promulgada pel rei Pere "el Cerimoniós" en les corts generals de Montçó de 1363 bé es digna d'ésser donada a conèixer en la seva forma autèntica. El text llatí original d'aquesta constitució havia restat fins ara inèdit; els iniciadors i directors de la publicació dels actes de les Corts de Catalunya realitzada per la "Real Acadèmia de la Història" reservaren aquesta i altres constitucions anàlogues (truncant la seriació cronològica dels documents fonamentals de l'antiga legislació catalana) per als volums que's proposaven dedicar a les Corts generals de la monarquia catalano-aragonesa i que haurien de subseguir als destinats a les Corts privatives de Catalunya, de València i d'Aragó.

Aquesta constitució catalana de 1363 va ser aprovada i promulgada en moments excepcionals. La guerra que Pere I de Castella havia renovat inesperadament poc després de la pau de Deza (1361) posà en greu perill la seguretat dels territoris d'Aragó i de València i l'estat general de la monarquia¹. En aquestes circumstàncies angunioses Pere "el Cerimoniós" reuni a Montçó corts generals dels països cismarins, demanant-els-hi els subsidis que estimava necessaris per a intentar decididament salvar la crítica situació d'aquell moment². Fou en mig dels obstacles que certes discussions i resistències sorgides en aquelles corts creaven als projectes reials, que Pere "el Cerimoniós" pronuncià davant de l'assemblea plenària una peroració fogosa i enèrgica amb la qual vencé totes les dificultats i comunicà a tots l'entusiasme decidit per a la defensa dels reialmes³.

Ultra la constitució catalana transcrita a continuació, la qual fou promulgada el dia 8 de mars, foren aprovats també pel rei en aque-

1 ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, t. II.—VALLS I SOLDEVILA, *Història de Catalunya*, t. II.

2 COROLEU Y PELLA, *Las Cortes catalanas* (Barcelona, 1876).

3 *Parlaments a les Corts Catalanes*, volum. 19-20 de la col·lecció "Els nostres clàssics" (Editorial Barcino, 1928).

lla ocasió diversos capítols de cort presentats pels representans de Catalunya, de València i d'Aragó, respectivament; algunes de les series d'aquests capítols regulaven la organització de la Generalitat de cada un dels tres països.

L'article I d'aquesta constitució té singular relleu i es el que li dona especial interès, per tal com constitueix un dels elements bàsics en la regulació actual d'una de les més típiques institucions del dret civil català: la de la successió dels impúbbers. En el dret vigent en el dia d'avui a Catalunya, dintre'l qual subsisteix encara l'esmentat capítol I d'aquesta constitució de 1363, els principis reguladors de la successió dels impúbbers estan, segons indica Coll i Rodés, deslligats de la teoria general successional, que fidelment ha conservat el caràcter que tenia en dret romà, i son tant més remarcables en quant "representen la supervivència d'una institució avui gairebé esborrada de les modernes legislacions escrites i continuen inspirant-se en el mateix esperit que seguiren totes les legislacions en una época de la historia, tractant-se de la successió, o sia en l'esperit de troncalitat"⁴. La causa ocasional de la decisió legislativa continguda en el damunt dit capítol de la constitució de 1363 hauria estat, segons Mieres⁵, un cas particular de certa ressonancia plantejat concretament per una successió que resultava odiosa i fou considerada de fet notoriament injusta; però l'anècdota reportada amb massa imprecisió per Mieres no seria sens dubte per sí sola suficient, i altres raons haurien d'explicar la determinació acordada en la cort de Montçó en aquesta materia jurídica.

Altres capítols d'aquesta constitució tenen també interes per a l'història del dret privat; alguns altres confirmaven o complementaven determinades disposicions contingudes en constitucions catalanes de promulgació anterior; altres, en fí, tenien caràcter temporal, responent a les circumstancies de la guerra.

El text original de la constitució de 1363 ha estat conservat en diversos manuscrits; per a aquesta edició havem tingut en compte la transcripció autèntica continguda en el Registre 985 de l'Arxiu de la Corona d'Aragó i la del volum III de la serie de *Procesos de Cortes* del mateix Arxiu.

F. VALLS-TABERNER.

⁴ COLL Y RODÉS, *De la successió dels impúbbers en Dret català* (Barcelona, 1910.—Extret de la "Revista Jurídica de Catalunya.")

⁵ *Apparatus super constitutionibus Cathalonie*, t. I, collatio sexta.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Amen. Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie. Quia decet regiam Majestatem ita rei publice curam gerere ac investigare comoda subjectorum ut regnorum et terrarum ab alto nobis comissarum utilitas incorrupta persistat, nam omne nobis est studium et sollicitudo continua tam hostium quam calumpniantium iniquitates expellere non solum in hostilibus preliis sed etiam per legitimos tramites deviare. Quia circa legum studium et alia a nobis cotidie cum labore aguntur et noctes transimus insomnes ut ea que nostrorum subditorum utilitatem concernunt totis viribus procuremus, labores voluntarios appetendo ut quietis amenitas nobis et nostris subditis prepararetur, propterea predecesorum nostrorum illustrium inherentes vestigiis laude dignis, cum pro bono statu ac tranquillitate et reformatione totius reipublice nostre universis subditis nostris, excepto Sardinie et Corsicæ regno, mandavissemus generales curias in villa Montissoni celebrandas et ad eas convenissent prelati et persone ecclesiastice et procuratores et yconomi capitulorum cathedralium ecclesiarum, infantes, comites, vicecomites, barones, richi homines et milites, cives et homines villarum nostrarum regalium quorum nomina inferius sunt descripta. Ideo, tractatu et deliberacione plenaria de et super infrascriptis cum eisdem omnibus habitis, ad supplicationem et de consilio consensu et approbacione expressis omnium eorundem, constituciones, declarationes et confirmaciones fecimus infrascriptas servandas et tenendas infra Cathalonie principatum:

I. Impuberibus morientibus ab intestato, bona que ad eos a patre seu avo seu aliquis ex paterna linea quacumque causa, occasione ac titulo adquisita pervenerint, non ad matrem seu si qui fuerint ex parte matris proximiores, sed ad dictos patres et alios ex illa parte proximiores usque ad quartum gradum, servato inter eos ordine juris romani perveniant, sola legitima servata ipsi matri seu ascendentibus aliis ex linea materna si supervixerint. Et servatis conditionibus, vinculis et aliis oneribus si que legitime et de jure ipsis impuberibus sint apposita et injuncta. Et idem observetur in bonis que ad ipsos impuberes a matre seu materna linea pervenerint addiciendo quod in substitutione que per patrem fit filio impuberi existente in potestate sua, verbum appositum revertatur, devolvatur, perveniat substituo et simile pro verbis directis penitus habeatur. Et sive jure legati sive quocumque alio modo, posito quod non jure institutionis de filio seu aliis liberis in testamento mencio fiat, testamentum ex hoc non debeat irritari seu censi irritum sive nullum.

II. Cum jurisdictionis officia continuari non debeant et ut evitetur fraus que fiebat constitutioni edite in curia Montisalbi per serenissimum dominum regem Alfonsum genitorem nostrum bone memorie, incipientem: "Item volumus et perpetuo ordinamus quod de cetero,

etc.”⁶, decernimus quod nullus officium jurisdictionis triennale quod gesserit in sequenti proximo triennio idem vel aliud jurisdictionis officium infra eandem vicariam vel bajuliam tenere seu administrare valeat, etiam si tenuerit tabulam et fuerit per sententiam absolutus, sub quo jurisdictionis officio vicarios, subvicarios, curiam, bajulos, subbajulos, assessores et iudices ordinarios et capita excubiarum volumus comprehendere; illos autem qui triennio proximo transacto minus uno anno aliquod rexerint officium jurisdictionis sub spe quod illud officium per eosdem in presenti triennio regeretur comprehendere nolumus in constitutione presenti.

III. Leges romanas prohibentes cessiones fieri in potentiores, tam ratione diviciarum quam officii, in nostri personam et illustris regine carissime consortis nostre et filiorum nostrorum ac thesaurarii et aliorum officialium nostrorum, cujuscumque fuerint preheminentie seu status, declaramus locum habere et eas inviolabiliter observari.

IV. Nos et primogenitus noster et omnes officiales nostri sive ordinarii sive delegati et etiam de domo nostra cujuscumque fuerint preheminentie seu status teneamur et teneantur, debeamus et debeant observare constitutionem editam per dominum regem Jacobum, avum nostrum, in prima curia Barchinone, incipientem: “Item quod nos vel officialis noster non recipiamus vel habeamus aliquid per compositionem, etc.”⁷, quam per omnes dictos officiales servari volumus et mandamus sub pena eorum privacionis officii et centum morabatunorum auri pro qualibet vice qua contrafecerint comittenda.

V. Si ratione executionis vel alia causa per curiam aliquam nostrorum officialium bonorum vendicio seu distribucio fiat, vicarii, bajuli ac alii officiales, assessores, iudices ordinarii seu jurisperiti qui facient dictam vendicionem fieri seu distribucionem seu de quorum consilio fiet tantum quatuor denarios pro libra et notario duos denarios recipiant, et non ultra. Et idem in processu pacis et treuge et soni emissi volumus observari, cum omnes hii processus de magnis peccunie quantitatibus comuniter fiant; hoc adjecto quod pro dictis processibus ratione clami vel alias, nisi fiat declaratio, compositio, remissio vel executio, nichil recipiant. In aliis autem processibus dicti assessores, iudices, jurisperiti seu etiam layci si iudices erunt et arbitri et etiam arbitratores seu etiam amicabiles compositores recipiant pro eorum salariis, si causa erit usque ad quantitatem decem librarum octo denarios pro libra a qualibet parte, a decem libris usque ad quinquaginta libras sex denarios pro libra a qualibet parte, a quinquaginta libris supra, quantumcumque ascendat, quatuor denarios pro libra a quilibet

⁶ Cap. X de la constitució d' Alfons III en la Cort de Montblanch de 1333 (*Cortes de Catalunya*, publicadas por la R. Academia de la Historia, t. I, part. 2.^a, pág. 305).

⁷ Cap. IX de la Constitució de Jaume II en la Cort de Barcelona de 1292 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 157).

parte; ita tamen quod quinquaginta libre ab una parte etiam pro primis processibus supradictis salarium dictam quantitatem quinquaginta librarum excedere non valeat ullo modo. Advocati autem a clientulo suo, sive unus sive plures fuerint advocati, in primis processibus tantum quatuor denarios pro libra inter omnes qui ex una parte fuerint; in aliis autem processibus juxta distinctionem quantitatum octo, sex, quatuor denarios tantum recipere valeant et non ultra, ita quod dictas quinquaginta libras non possit salarium excedere ullo modo. Et si duo vel plures erunt iudices, arbitri vel arbitratores vel advocati in una causa, infra omnes salario unius contenti existant. Et si in uno processu seu instantia diversarum quantitatum plura capitula fient, unum salarium tantum recipi possit ac si unum tantum capitulum esset. Et hoc fieri volumus et mandamus sub pena centum morabatorum auri pro qualibet vice qua contrafactum extiterit committenda, ordinationibus seu constitutionibus ac usanciis alicujus civitatis, ville vel loci vel curie per quas majus salarium recipi debeat seu consuevit obsistentibus nullo modo; illis autem per quas minus salarium recipi debeat seu consuevit remanentibus in suis robore seu valore.

VI. Juxta constitutiones editas super hiis per serenissimos dominos reges Petrum, in curia Barchinone, que incipit: "Ordinamus etiam quod iudices, etc." ⁸, Jacobum, in tertia curia Barchinone, que incipit: "Item ordinamus quod capitulum factum in generali curie Barchinone etc." ⁹, et in tertia curie Gerunde que incipit: "Item statuimus quod capitulum per nos factum in curia generali, etc." ¹⁰, et Alfonsum, genitorem nostrum, in curia Montisalbi que incipit: "Item confirmantes statutum, etc." ¹¹, illis addendo ordinamus quod jurisperiti seu milites vel alii qui de consilio vel de domo nostra vel iudices auditores curie nostre existunt vel secuntur curiam nostram, quitationem seu pensionem recipiant sive non, pro recognoscendis processibus, pro relacionibus seu provisionibus judicaturis seu cognitionibus de causis principalibus ac pro inquisitionibus in nostra curia seu audientia fiendis ac terminandis nullum salarium, donum, servitium seu munus aliquod possint recipere vel habere, ordinatione quacumque domus nostre per nos in contrarium facta penitus revocata. Et qui contra hoc egerit sit ipso facto et jure infamis et officio iudicandi et patrocinandi et a nostra curia ipso facto perpetuo privatus existat; et nichilominus illa iudicia seu processus pro quibus aliqua data fuerint et recep-

⁸ Cap. XIII de la Constitució de Pere II en la Cort de Barcelona de 1283 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 146).

⁹ Cap. VIII de la Constitució de Jaume II en la Cort de Barcelona de 1311 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 225).

¹⁰ Cap. XV de la Constitució de Jaume II en la Cort de Girona de 1321 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 263).

¹¹ Cap. XXIII de la Constitució d' Alfons III en la Cort de Montblanch de 1333 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 2.^a, pág. 309).

ta quod ad dantes irritos et inanes decernimus, ut sic dantes in quo delinquerint puniantur. Addicientes insuper ut cause appellacionum etiam extra nostram curiam jurisperitis tantum et non aliis comittantur.

VII. Intra decem dies computandos a tempore appellacionis emisse iudices a quibus appellatur dare apostolos teneantur; et si dati non fuerint, postmodum appellans vel etiam appellatus non expectatis apostolis appellacionem prosecui possint libere ac si apostoli dati fuissent.

VIII. Pars appellata statim appellacione emissa et apostolis concessis vel alias casu quo appellans possit prosecui suam appellacionem, possit, si voluerit, iudicem impetrare et ipsam causam appellacionis prosecui coram eo.

IX. Iudices tabule non teneantur in aliquo obedire litteris a nostra curia emanatis seu emanandis ex importunitate potentium, inadvertentia vel alio modo contra ordinationem editam per serenissimum dominum regem Alfonsum genitorem nostrum, memorie recolende, in curia Montisalbi, incipientem: "Item cum juxta capitula, etc." ¹², qui iudices, ut in eorum officio diligentiores existant, ab initio tantum tertiam partem salarii eis jam taxati per constitutiones dicte curie Montisalbi recipiant, relapso mense qui juxta constitutiones editas per dominum regem Jacobum avum nostrum editas in tertia curia Barchinone ¹³ datur ad querelas coram eis seu querimonias proponendas aliam tertiam partem, residuam vero partem in fine trium mensium qui dantur eis ad inquisitiones seu processus quas seu quos fuerint terminandos dum tamen in omnibus ipsis inquisitionibus seu processibus suas sententias dederint, alias donec illas tulerint eis hec ultima solutio diferatur. Mandantes campsoribus, tabulariis ac quibuscumque aliis personis qui ad dictum salarium solvendum ipsis iudicibus sint astric-ti quod attente caveant ne eis solvant aliter quod est dictum. Et ut tales inquisitiones seu processus per dictos iudices infra dictos tres menses terminentur omnino volumus per ipsos hunc ordinem observari ut dicto mense elapso qui datur ad querimonias proponendas ipsi inquisitores seu iudices unum mensem assignent hiis qui suas querimonias proposuerint ad ponendum, articulandum, probandum et ad dicendum quicquid proponere voluerint, articulare, dicere ac probare; postmodum assignent alium mensem officialibus tenentibus dictas tabulas ad proponendum omnes defensiones et excepciones et ad dicendum quicquid dicere voluerint ac probare, quibus elapsis quolibet pars minime audiatur, et postmodum in ultimo mense non cessent suas sententias publicare. Mandantes dictis iudicibus ut saltem una hora cu-

¹² Cap. IV de la Constitució d' Alfons III en la Cort de Montblanch (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 2.^a, pág. 303).

¹³ Cap. II de la Constitució de Jaume II en la Cort de Barcelona de 1311 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 220).

juslibet diey juridice dictorum quatuor mensium in ipsis inquisitionibus seu processibus intendere habeant et cum diligencia teneantur.

X. Qui verba nefandissima Deum Omnipotentem ac beatam Virginem Mariam et ejus virginitatem tangentia et sanctos et sanctas Dei protulerit, si ex proposito dixerit, sine spe aliqua venie moriatur; si in ludo, ritxa vel cum ira vel casu protulerit, portando per medium lingue unam virgam ferream fustigetur.

XI. Mulieres viles de corpore suo publice difamate in vico alicujus civitatis, ville vel loci in quo morentur honeste persone, et morari fuerint consuete, morari non debent ullo modo, immo posint ac debeant inde icici etiam de propriis domibus earundem.

XII. Constitutio edita per serenissimum dominum Jacobum avum nostrum in curia Ilerdense incipiens: "Item ordinamus et statuimus pro vitandis maliciis etc." ¹⁴, habeat locum in omnibus exceptionibus nullitatis, sive per processum appareat sive non. Et ut brevis sit litium finis ubi appellatio et exceptio nullitatis fuerint propositae infra decem dies unus judex insimul habeat cognoscere de utroque alia pars que eas proposuerit, postmodum super illa quam omiserit minime audiatur. Et quia judex secunde appellationis juxta constitutionem curie Montisalbi domini regis Alfonsi patris nostri incipientem: "Item pro abbreviandis littibus etc." ¹⁵, omni processu quiescente habet causam difinire juxta actitata coram judicibus aliis, si contra ipsam sententiam latam per primum judicem appellationis fuerit proposita exceptio nullitatis ipse judex secunde appellationis simpliciter et de plano et sine figura judicii causam nullitatis difinire habeat ac fine debito terminare.

XIII. Cause usque ad quinquaginta solidos inclusive sine strepitu et figura judicii et sine scriptis cognosci habeant et terminari et omni appellatione remota, consuetudine, usantia seu ordinatione alicujus civitatis, ville vel loci in aliquo non obstante.

XIV. Maritus uxori quam occiderit nec in dote ac aliis bonis suis ex pacto vel modo aliquo, etiam mediante persona filii sui, et dicte uxoris succedere valeat, nisi probaverit se fecisse dictam mortem in casibus de jure licitis ac expressis. Et idem in aliis personis quarum una aliam interfecerit volumus observari.

XV. Sub pena privationis officii gerens vices gubernatoris seu procuratoris generalis in Catalonia et bajulus Catalonie generalis teneantur complere ac deducere ad effectum hinc ad festum Omnium Sanctorum primo venturum constitutionem per nos editam in curia

¹⁴ Cap. XIII de la Constitució de Jaume II en la Cort de Lleyda en 1301 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 190).

¹⁵ Cap. XXVIII de la Constitució d'Alfons III en la Cort de Montblanch de 1333 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 2.^a, pág. 310).

Cervarie incipientem: "Ordinamus et sanccimus quod bajulus etc." ¹⁶.

XVI. Portarii vel azemilarii aut superatzemilarii seu eorum locatenentes qui non servent constitutionem per nos editam in curia Cervarie incipientem: "Ad reprimendum avaricia portariorum etc." ¹⁷. ultra penam privationis officii ibi positam notam infamie ac penam centum morabatinorum auri pro qualibet vice qua contrafactum extiterit incurrant, cujus pene executionem nobis absente ordinarii cujuslibet civitatis vel ville de bonis ipsorum summarie et de plano et sine figura judicii possint ac facere teneantur, de quibus penis, ut magis ipsi ad illa servanda sint astricti, gratiam nostri officiales eisdem non possint facere ullo modo. Declarantes quod in civitatibus, locis vel villis nostris tantum per nos aut illustrem reginam carissimam aut filios nostros et infantes et nobis et eis presentibus per consiliarios ac alios domesticos nostros et ipsorum, necnon et nobis absentibus per consiliarios, secretarios, scriptores nostros qui tamen pro nostris accesserint negociis, animalia que tamen quis non teneat pro propria equitatura, vel furnis seu molendinis non deserviant, recipi possint. Mandantes nostris officialibus ut istam constitutionem servent ac servari faciant fideliter atque bene.

XVII. In civitatibus ac villis Perpiniensi, Cervarie et Podii Ceritani et Villefranche Penitensium, cum in hiis sit in jure copia peritorum, declarando constitutionem per nos editam in curia Cervarie incipientem: "Confirmantes insuper etc." ¹⁸, statuimus et ordinamus quod nullus jurisperitus qui doctor vel approbatus non existat officium assessoris, judicis ac advocati in futurum gerere seu assumere audeat seu presumat, nisi prius per eum in posse officialis ordinarii prestiterit publice in curia sacramentum quod per quinque annos in studio generali jus canonicum audiverit vel civile, et per duos jurisperitos dictarum civitatum vel villarum, si duo assint vel saltem unum, in presentia dicti officialis examinatus extiterit et approbatus; et ut omnis favor penitus in hoc extirpetur ipsorum examinantium animas de hoc in quantum possumus oneramus ut secundum eorum bonam conscienciam dictam examinationem faciant et approbationem, et etiam tunc coram ipsis examinantibus fidem facere teneantur quod penes se ut suos habeat omnes illius jure quod audiverit ordinarios libros. Et si contrarium per aliquem factum extiterit, talis jurisperitus qui premissa non fecerit seu compleverit omnibus dictis officiis per biennium ipso jure privatus existat et penam quinquaginta morabatinorum auri nichilominus incurrat. Et idem sub dictis penis observetur in medicis christianis ar-

¹⁶ Cap. XIV de la Constitució de Pere III en la Cort de Cervera de 1359 (*Cortes de Catalunya*, t. II, pág. 49).

¹⁷ Cap. XIII de la mateixa Constitució (*Ibidem*, pág. 48).

¹⁸ Cap. XII de la mateixa Constitució (*Ibidem*, pág. 48).

tis fisice in quibus tamen sufficiat ipsos per III. annos in generali studio audivisse libros ordinarios sciencie medicine; judei autem et sarra-ceni medici examinari habeant per medicos ejusdem legis vel secte, si qui fuerint, uno tamen medico in eorum examine adhibito christiano, et medicis ejusdem legis vel secte non existentibus, examinari habeant per duos medicos christianos. Qua examinatione habita, si sufficientes reperti fuerint, jurare publice habeant bene et legaliter praticare, antequam ad praticam admitantur.

XVIII. Addendo constitutionibus factis per serenissimum dominum regem Alfonsum in curia Montissoni que incipit: "Ordinamus et statuimus in ipsa curia etc." ¹⁹, in fine, et per serenissimum dominum regem Jacobum avum nostrum in prima curia Barchinone que incipit: "Item quod vicarii etc." ²⁰, et per eundem in curia Gerunde que incipit: "Item ad supplicationem omnium predictorum etc." ²¹, statuimus quod officialis qui pro obtinendo officium jurisdictionis pecuniam dederit seu mutuaverit aut ex pacto vel assignatione se obligaverit seu promiserit de dando aliquid nobis seu primogenito nostro aut alicui alii de proventibus seu esdevenimentis sui officii, seu aliquam assignationem super proventibus ipsius officii impetraverit seu alias obtinuerit sibi solvi, ad regendum ipsum officium sit inabilis ipso jure, decernendo ut quicquid ipse ut officialis egerit fore irritum et inane.

XIX. Notarii seu scriptores curie nostre aut primogeniti nostri seu generalis gubernatoris vel procuratoris seu ejus vices gerentium seu procuratoris ducatus Gerunde vel comitatus Ceritanie ac bajuli Catalonie generalis seu ipsorum notarii seu scriptorum jurati aut substituti, pro carta qualibet processus originalis minoris forme tres denarios et majoris forme quinque denarios a qualibet parte, pro carta translati minoris forme tres denarios et majoris quinque ab una parte tantum recipere possint. Pro appellationibus autem presentandis et mandatis in litteris apponendis, pro scribendis seu dictandis ipsis litteris vel cartis seu provisionibus, cum jam certam quitationem habeant, nichil recipiant quoquomodo, ac in litteris seu cartis clausuram aliquam non apponant nisi hoc pars requireret atque vellet; et tunc salarium ultra ducentos solidos non possint recipere vel habere, quos ducentos solidos juxta eorum laborem et negotii qualitatem juste et equaliter arbitrari et compensare rationabiliter teneantur. Et si male fuerint arbitrati, per cancellarium aut

¹⁹ Cap. I de la Constitució d' Alfons II en la Cort de Montçó de 1289 ("Revista Jurídica de Catalunya", any 1928, volum XXXV, pág. 265).

²⁰ Cap. IV de la Constitució de Jaume II en la Cort de Barcelona de 1292 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 156).

²¹ Cap. XVIII de la Constitució de Jaume II en la Cort de Girona de 1321 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 264).

vicecancellarium aut eorum locatenentes seu per assessores dictorum vices gerentium seu procuratores aut bajuli ad statum debitum reducatur. Et si aliqui notarii vel scriptores de predictis, has taxationes non servaverint, sint ipso jure infames et ab eorum officiis ac tabellionatu et a nostra curia et mercede imperpetuum sint privati.

XX. Pro testamentis seu codicillis seu donationibus causa mortis seu aliis ultimis voluntatibus recipiendis, dictandis et formam publicam redigendis, de bonis valentibus a mille usque ad quantitatem decem mille solidorum ultra viginti solidos, de valentibus supra decem mille usque ad quinquaginta mille solidos ultra quinquaginta solidos, de valentibus a quinquaginta mille usque ad centum mille solidos et quantumcumque ulterius ascendat ultra centum solidos notarii omnes terre nostre, sub pena privationis officii ipso facto si contrarium egerint, amplius recipere non possint. Et presens taxatio in inventariis que per dictos notarios seu eorum juratos fiunt de bonis alicujus, sub incursu dicte pene debeat observari. Et hoc, non solum ad futura, immo ad preterita et presentia, dumtamen de predictis scripture in formam publicam non fuerint redacte et tradite parti, extendi volumus et jubemus. Ultra tamen dicta salaria quilibet notarius pro qualibet die qua laboraverit in inventario vel testamento faciendis intra locum ubi fuerit domiciliatus quinque solidos, et pro die qua extra dictam civitatem vel locum exierit decem solidos, et ulterius pro carta qualibet majoris forme quatuor denarios recipere valeat et habere. Per hanc tamen taxationem usibus locorum, consuetudinibus seu ordinationibus in quibus minus recipitur in nullo volumus derogari.

XXI. Cum notarii salaria exigant excessive, omnes illi qui eorum salaria taxare possunt juxta constitutionem per nos editam in curia Cervarie incipientem: "Denique confirmantes etc." ²² infra unum annum continue sequentem taxare dicta salaria teneantur, quod nisi fecerint ab omni honore seu officio gerendis et quem seu quod nunc gerant imperpetuum inabiles et ipso jure privati existant.

XXII. Pro instrumentis sponsaliorum, sponsalium seu matrimonii recipiendis, dictandis et in formam publicam redigendis, notarii omnes terre nostre taxationem sequentem servare omnimode teneantur ut usque ad quantitatem mille solidorum ultra octo solidos, a mille usque ad duos mille solidos ultra X. solidos, a duobus mille usque ad quatuor mille solidos ultra quindecim solidos, a quatuor mille usque ad decem mille solidos ultra XX solidos, a decem mille usque ad viginti mille solidos ultra quadraginta solidos, a viginti mille supra quantumcumque ascendat ultra quinquaginta solidos non audeant recipere seu habere. Pro instrumentis autem venditionum censualium mortuorum et violariorum et apocharum precii eorundem usque ad quantitatem quinquaginta-

²² Cap. XI de la Constitució de Pere III en la Cort de Cervera de 1359 (*Cortes de Catalunya*, t. II, pág. 47).

ginta solidorum in annua pensione ultra viginti solidos, a quinquaginta usque ad centum ultra triginta solidos, a centum usque ad ducentos ultra quadraginta solidos, a ducentis usque ad quingentos solidos ultra quinquaginta solidos, a quingentis usque ad mille et quantumcumque ulterius ascendat ultra centum solidos notarii recipere non presumant. Mandantes eis, sub pena privationis officii, ne in fraudem hujus constitutionis super dictis censualibus mortuis et violariis non faciant ampliores contractus seu instrumenta quos et que non facerent si presens taxatio facta minime extitissent. Et istam taxationem censualium mortuorum et violariorum in instrumentis que fiunt seu fient de sententiis, tam judicialibus quam arbitralibus, quam etiam arbitrationum seu compositionum, volumus observari. Et si omnes istas taxationes non servaverint, dicti notarii, ipso facto, ab ipso notarie officio sint privati. Si tamen in aliqua civitate, villa vel loco minus taxata erant vel minus recipi consuevit, illa vel illud servare debeant ac tenere. Et hoc non solum ad futura, immo ad presentia et preterita, dumtamen scripture in formam publicam redacte non fuerint et parti tradite, extendi volumus et mandamus. Ultra tamen predicta, si pro predictis ac predictorum aliquo prefatos notarios ac eorum juratos extra locum in quo morantur exire contigerit, pro qualibet die recipiant et habeant notarii duodecim solidos tantum et ipsorum jurati octo solidos, et nichil plus sub incursu pene superius designate.

XXIII. Oficiales nostri ordinarii cujuslibet civitatis, ville vel loci de domesticis seu existentibus de curia ac illustris regine carissime consortis nostre aut primogeniti nostri infra ipsorum officialium jurisdictionem domiciliatis ac alias existentibus de eorum jurisdictione, nobis et dictis regina et primogenito absentibus, jus et justiciam querelantibus reddere teneantur; et quod ipsi officiales etiam nobis vel dictis regina ac primogenito presentibus possint et debeant capere et auferre arma ipsis domesticis in suspectis locis seu delinquendo reperiis. Et quilibet vicarius noster seu ejus locumtenentes de nostris bajulis infra suam vicariam regentibus et eorum locatenentibus et assessoribus ac iudicibus ordinariis eorundem in debitis que debeant ut private persone; et bajulus vel ejus locumtenens civitatis, ville vel loci principalis illius vicarie de ipso vicario seu ejus locumtenente et eorum assessoribus ac iudicibus ordinariis de debitis que debeant ut private persone possint et habeant facere durante officio justiciam querelanti.

XXIV. Quia in sententiis condemnatoriis que fiunt super venditionibus censualium mortuorum ac violariorum jurisperiti vel assessores ac iudices consulendo aut eas ferendo non habent moram trahere nec cum labore intendere seu vaccare cum fiat de partium voluntate, ordinamus et statuimus quod pro dicta sententia ferenda super violario seu censuali mortuo mille solidorum rentalium seu annualium ultra decem solidos, et supra mille solidos annuales quantumcumque ascendant ultra viginti solidos predicti non possint recipere ullo modo, sub

pena centum morabatinorum auri pro qualibet vice qua contrafactum fuerit comittenda; et nichilominus ipsa sententia condempnatoria, si plus receperint, sit irrita et inanis ut dans in quo delinquerit puniatur.

XXV. Statuimus quod mercature altilia et galline, caules, racemi, fructus sicci et virides et similia vendi debeant in certis locis alicujus civitatis, ville vel loci in quibus consiliarii, paciarii, jurati vel consules duxerint ordinandum, quibuscumque ordinationibus que hiis contrarie fuerint penitus revocatis.

XXVI. Finem constitutionis edite per serenissimum dominum regem Alfonsum, patrem nostrum, in curia Montisalbi, incipiens: "Item quod nullus de cetero etc." ²³, extendimus ad codicillos, donationes causa mortis et ad quaslibet alias ultimas voluntates.

XXVII. Confirmantes constitutionem editam per dominum regem Alfonsum in curia Montissoni, incipientem: "Item ordinamus et statuimus quod vicarius etc." ²⁴, et constitutionem editam per dominum regem Jacobum, avum nostrum, in tertia curia Barchinone incipientem: "Item ordinamus quod capitulum factum per dictum dominum regem Alfonsum etc." ²⁵, et editam in curia Gerunde incipientem: "Item statuimus quod capitulum factum per nos in dicta curia tertia etc." ²⁶, et eis addendo, declaramus quod dictæ constitutiones habeant locum posito quod in compromisso juramentum non intervenerit nec aliqua pena apposta fuerit seu adiecta.

XXVIII. Precipimus insuper et ordinamus quod si in privatum comodum alicujus eidem barras, pedagia vel alia nova vectigalia concesserimus vel concedemus imposterum, licet in cartis concessionum utilitas publica pretendatur, ille ac illa habeantur omnino pro irritis et non factis, predicta ad statum pristinum reducentes; addentes insuper quod contra formam assuetam vectigalia imposita in aliquo loco alibi quam ubi retroactis temporibus solvi consueta fuerint non levantur.

XXIX. Insuper ordinamus et statuimus quod ullus iudex ordinarius, assessor vel iudex quivis alius delegatus, pro consulendo vel pronunciando absolutionem vel condempnationem alicujus delati de crimine aliquid non audeat recipere ullo modo.

XXX. Constitutionem tertiam editam per serenissimum dominum regem Jacobum, avum nostrum, in curia Gerunde que incipit: "Item statuimus quod capitulum dicte curie domini regis Petri quod incipit:

²³ Cap. XXXI de la Constitució d' Alfons III en la Cort de Montblanch de 1333 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 2.^a, pág. 311).

²⁴ Cap. XV de la Constitució d' Alfons II en la Cort general de Montçó de 1289 (*Revista Jurídica de Catalunya*, any 1928, volum XXXV, pág. 267).

²⁵ Cap. IX de la Constitució de Jaume II en la Cort de Barcelona de 1311 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 226).

²⁶ Cap. XVI de la Constitució de Jaume II en la Cort de Girona de 1321 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 1.^a, pág. 263).

Item quod vicarie sint distincte etc.”²⁷ precipimus inviolabiliter observari.

XXXI. Corrigentes constitutionem editam per nos in curia Cervarie incipientem: “Ordinamus et statuimus quod algutzirius etc.”²⁸ sancimus quod ubi contingat aliquem nobilem militem vel hominem de paratico ac honoratum civitatis vel ville qui captus in posse nostri algutzirii vel primogeniti nostri aut generalis gubernatoris existat ultimo supplicio condemnari, algutzirii predicti seu eorum locatenentes nichil de bonis dicti condemnati recipere audeant nisi equum vel mulum aut mulam quem seu quam equitaverit sue tempore captionis et arma cum quibus fuerit deprehensus et lectum et vasa omnia que pro esu vel potu vel alias ipsi condemnato serviverint in captione in qua extiterit mancipatus; in aliis autem contentis in principio dicte constitutionis, ipsam constitutionem in sua firmitate volumus permanere.

XXXII. Quia ut experientia nos docuit aliqui, ad evitandum onera imposita seu imponenda in civitatibus, villis ac locis in quibus foveant domicilia generositatis privilegium impetrarunt, quod in dampnum in dictis locis habitantium noscitur redundare, ideo ordinamus et statuimus ut quicumque generosorum predictorum et illorum qui in posterum generositatis privilegium impetraverint, si non assumpserint miliciam illi qui nunc sunt generosi infra annum a die publicationis presentis curie et illi qui deinde fient a die qua generositatis privilegium eisdem concessum extiterit computandum, pro non generosis penitus habeantur, et impetratum seu impetrandum per eos privilegium sit ipso jure cassum et nullum et habeatur in omnibus pro non facto.

XXXIII. Aprobantes constitutionem editam per dominum regem Alfonsum, patrem nostrum, in curia Montisalbi, incipientem: “Item statuimus et ordinamus quod subbajuli etc.”²⁹, sancimus quod si vicarius Barchinone pro eligendo capita excubiarum ac bajulus noster quilibet Cathalonie pro eligendo ac providendo juxta tenorem dicte constitutionis subbajulos pecuniam aut aliquod donum vel munus accipiant, ultra ducentos morabatinos auri, in quibus eos puniri volumus, eorum officiis sine spe venie sint privati; et si per nos seu alium quam per predictos dicti subbajuli vel capita excubiarum electi fuerint seu provisi, talis electio seu provisio sit irrita penitus atque nulla.

XXXIV. Ut tollatur omnis occasio malignandi, addentes constitutioni edite in curia Cervarie per nos celebrata, que incipit: “Deinde

²⁷ Cap. III de la Constitució de Jaume II en la mateixa Cort (*Ibidem*, página 259).

²⁸ Cap. XVII de la Constitució de Pere III en la Cort de Cervera de 1359 (*Cortes de Catalunya*, t. II, pág. 50).

²⁹ Cap. XVII de la Constitució d' Alfons III en la Cort de Montblanch de 1333 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 2.^a, pág. 311).

sanccimus quod si aliqua etc.”³⁰, ordinamus quod dans clamum pacis et treuge, facta taxatione per judicem coram quo oblatum fuerit, antequam audiatur jurare habeat quod credit fore vera posita per eum in clamore et quod non credit deficere in probando.

XXXV. Deinde confirmantes constitutionem in curia Cervarie per nos editam que incipit: “Ordinamus preterea quod nullus etc.”³¹, precipimus, sub pena centum morabatinorum auri, finem dicte constitutionis inviolabiliter observari, etiam ubi eidem renunciatur seu renunciatum extiterit quavis causa.

XXXVI. Providentes statui reipublice Cathalonie statuimus quod gerens vices procuratoris seu gubernatoris generalis ac quivis alius dictum regens officium, quocumque nomine nuncupentur, non possint locum tenentem constituere ac per alium regi facere ipsis existentibus infra Cathalonie principatum.

XXXVII. Denique constitutionem editam per dominum regem Alfonso, patrem nostrum, in curia Montisalbi, incipientem: “Item quod infra decem annos in aliquibus locis etc.”³², usque ad decem annos continue sequentes precipimus observari juxta sui seriem et tenorem.

XXXVIII. Ulterius ordinamus quod faroni seu fars durante guerra presenti fiant per loca marittima in locis omnibus in quibus sunt fieri assueti, sumptibus tamen illorum qui eos facere sunt astricti.

XXXIX. Licet vicarius et bajulus Barchinone non habeant nec certos habere consueverint assessores, atamen prout e certo didicimus cause presertim criminales in quibus majus periculum vertitur ac reipublice interesse ibi quamplurimum dilatantur, ex quo gentes oprimuntur et pena carceris fatigantur et difertur restitutio parti et sequuntur plurima alia mala, ideo hiis providere volentes decernimus et ordinamus quod in triennio quod incepit in carniprivio proxime preterito vicarius et bajulus Barchinone in casibus tantum criminalibus duos habeant assessores, unum scilicet doctorem vel licenciatum et alium de aliis in jure peritis illorum scilicet dicte civitatis quos nos duxerimus eligendos, qui duo assessores continue habeant intendere in inquisitionibus faciendis in curiis vicarii et bajuli predictorum et habeant pro eorum salariis doctor ve. licenciatus scilicet quinquaginta libras, alias quadraginta libras, monete Barchinonensium, eis annuatim per dictos vicarium et bajulum de proventibus et esdevenimentis dictarum curiarum per tres tertias anni cujuslibet persolvendas; quarum nonaginta librarum solvat vicarius sexaginta quinque libre et bajulus viginti quinque libre. Et has quantitates dictis assessoribus dictis terminis persol-

³⁰ Cap. VIII de la Constitució de Pere III en la Cort de Cervera de 1359 (*Cortes de Catalunya*, t. II, pág. 46).

³¹ Cap. XXI de la mateixa Constitució (*Ibidem*, pág. 52).

³² Cap. XXXII de la Constitució d' Alfons III en la Cort de Montblanch de 1333 (*Cortes de Catalunya*, t. I, part. 2.^a, pág. 311).

ventas antequam in presenti triennio qui erunt vicarius vel bajulus utantur eorum officiis assecurare debeant ac teneantur, qui tamen assessores de aliquibus causis nullas recipere debeant averias nec aliquid a partibus, sed tantum dicto salario debeant esse contenti; et antequam utantur officio assessorie assecurare debeant de tenendo tabulam si et prout et quando alii assessores Cathalonie faciunt et tenentur juxta constitutiones Cathalonie super hiis ordinatas. Et hanc constitutionem durare volumus ad presens triennium et postmodum dum de nostro processerit beneplacito voluntatis. Et hoc sic fieri volumus et jubemus non obstante constitutione edita per serenissimum dominum regem Jacobum avum nostrum in prima curia Barchinone incipiente: "Item quod aliquis judex etc." ³³; quam constitutionem quo ad alia in sua firmitate volumus permanere.

XL. Ut autem omnes constitutiones et alia in presenti curia edita firmiter observentur et nostri subditi illesi in eorum juribus preserventur, statuimus et volumus quod nos et inclitus infans Johannes, carissimus primogenitus noster necnon et procurator generalis, ac officiales nostri et sui, quicumque sunt aut fuerint, teneamus et observemus ac teneant et observent omnia capitula presentis curie et aliarum curiarum generalium Cathalonie temporibus preteritis editarum, que tamen presentibus constitutionibus minime contradicant; et insuper teneamus et observemus et teneant et observent et faciamus inviolabiliter observari dictis prelatibus, ecclesiis, religiosis, civitatibus et villis et aliis locis Cathalonie ac civibus, burgensibus et habitatoribus earundem et suis imperpetuum omnes libertates, privilegia, usus et consuetudines eorum prout melius et plenius eis actenus usi fuerunt, eisdem ea omnia et singula confirmantes.

Que quidem universa capitula, constitutiones, declarationes, confirmationes et concessionem predictas, ad supplicationem omnium subscriptorum in generali curia die presenti constitutorum, facimus, sancimus, statuimus et volumus per nos et nostros successores inconcusse et inviolabiliter observari. Mandantes omnibus supradictis et infrascriptis ac inclito et magnifico infanti Johanni, primogenito nostro carissimo, duci Gerunde et comiti Cervarie, ac inclito infanti Ferdinando, marchioni Dertuse et domino de Albarrazino, generali gubernatori in partibus cismarinis et fratri nostro carissimo, ejusque vices gerentibus, vicariis, curiis et universis officialibus et eorum locatenentibus, et subditis nostris presentibus et futuris, quatenus omnia predicta et singula in dictis constitutionibus, declarationibus, confirmationibus et concessionibus contenta teneant et observent et ab omnibus faciant teneri ac inviolabiliter observari et non contraveniant in aliquo nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione seu causa. Et ad majorem cau-

³³ Cap. XIV de la Constitució de Jaume II en la Cort de Barcelona de 1292 (*Cortes de Cataluña*, t. I, part. 1.^a, pág. 158).

teiam et firmiorem securitatem promittimus bona fide omnibus et singulis infrascriptis qui ad dictam generalem curiam in dictam villam convenerunt et omnibus etiam aliis de dicto Cathalonie principatu, licet absentibus tanquam presentibus, et notario infrascripto a nobis pro eis et aliis quorum interest et interesse poterit legitime stipulanti, paciscenti et recipienti, et etiam juramus in animam nostram per Deum et Crucem Domini nostri Ihesu Christi et ejus sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter et reverenter tacta, predicta omnia et singula ut superius dicta sunt et in dictis constitutionibus, declarationibus ac confirmationibus contenta et expressata tenere et complere et inviolabiliter observare et facere teneri et irrefragabiliter observari. Prelati vero in persone ecclesiastice et religiose que presentes fuerunt nominibus propriis et aliorum clericorum de dicto Cathalonie principatu ad predicta consenserunt, salvis juribus ecclesie et ecclesiastica libertate. Acta et publicata fuerunt hec omnia in ecclesia beate Marie dicte ville Montissoni die mercurii, octava mensis marci, anno a Nativitate Domini millesimo CCC.º LX.º tercio, regnique ipsius domini regis vicesimo octavo.

Signum Petri, Dei gratia regis Aragonum, [Valencie, Majoricarum, Sardinie et Corsice comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie], qui dictas constitutiones, confirmationes et declarationes et omnia et singula in eis contenta, de consilio et approbatione ac consensu et supplicatione totius dicte curie generalis, laudamus, sancimus, firmamus et juramus hiisque constitutionibus, declarationibus et confirmationibus bullam nostram plumbeam apponi jussimus impendenti.

Sig † num Petri, archiepiscopi Terracone. Sig † num Romei, episcopi Herdensis. Sig † num Petri, episcopi Tirasone. Sig † num Guillelmi Arnaldi, episcopi Urgellensis. Sig † num Raimundi, abbatis Montis Aragonis. Sig † num Petri Raimundi de Montelongo, vicarii generalis archiepiscopi Cesarauguste. Sig † num Bernardi Urdi vicari episcopi Valentini. Sig † num Jacobi Çatrilla, procuratoris episcopi Gerundensis. Sig † num Jacobi Ça ingla, procuratoris episcopi Vicensis. Sig † num Pasquasii Merini, vicarii episcopi Segorbicensis et Sancte Marie de Albarrazino. Sig † num Johannis Petri Çapata, vicarii episcopi Oscensis. Sig † num Jacobi Ribes, procuratoris episcopi Majoricensis. Sig † num fratris Petri Guillelmi de Ulmis locum tenentis prioris ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani in Cathalonia. Sig † num fratris Petri de Tous, magistri ordinis beate Marie de Montesia. Sig † num fratris Berengarii Pinyana, procuratoris abbatis Populeti. Sig † num fratris Guillelmi Veyani, procuratoris abbatuum monasteriorum Sanctarum Crucum et Vallisdigne. Sig † num fratris Petri de Calatayubio, procuratoris abbatuum de Petra et de Veruela. Sig † num fratris Guillelmi de Apilia, comendatoris Montissoni, locumtenentis castellani Emposte in regno Aragonis. Sig † num Michaelis Garsie, procuratoris magistri ordinis Calatrave. Sig † num fratris Guil-

lelmi Nogerii, procuratoris abbatis Rivipulli. Sig † num fratris Bernardi Calvet, procuratoris abbatis Sancti Johannis de Abatissis. Sig † num fratris Martini Maestre, procuratoris abbatis de la Reyal regni Majoricarum. Sig † num fratris Humberti de Tous, comendatoris majoris ordinis Montesie. Sig † num Guillelmi Cescomes, precentoris et procuratoris seu yconomi ecclesie Terracone. Sig † num Nicolay Lobera, canonici Cesarauguste et procuratoris seu yconomi capituli ejusdem. Sig † num Geraldi Requesen, prepositi et procuratoris seu yconomi capituli Ierdensis. Sig † num Johannis Mercerii procuratoris seu yconomi capituli sedis Urgelli. Sig † num Poncii Dembru, canonici et procuratoris seu yconomi capituli sedis Vicensis. Sig † num Bartholomei de Puigdauluch, procuratoris seu yconomi capituli sedis Maioricensis. Sig † num Jacobi Alberti, procuratoris seu yconomi capituli sedis Gerundensis.

Sig † num incliti infantis Ferdinandi, marchionis Dertuse et domini de Albarrazino. Sig † num incliti infantis Raymundi Berengarii, comitis Impuriarum, qui salvo jure comitatus Impuriarum. Sig † num Garsie Luppi de Sesse, procuratoris et actoris illustris domine regine tutricis et curatricis incliti infantis Martini, domini regis filii. Sig † num Petri, comitis Urgelli et vicecomitis Agerensis. Sig † num Hugonis vicecomitis Cardone. Sig † num nobilis Petri Ferdinandi, domini d'Ixar. Sig † num nobilis Bernardi de Capraria. Sig † num Eximini Garces d'Alagon, procuratoris et actoris filiarum comitis de Luna, quondam. Sig † num Guillelmi de Togores, procuratoris nobilium Raymundi Rogerii comitis Pallariensis, et Dalmacii vicecomitis de Rochabertino, et Andree de Fonolieto, vicecomitis Insule et de Caneto, et Gilaberti de Crudillis, [et] Bernardi de Crudillis, domini castri de Bestracha. Sig † num Roderici Sancii de Fanlo, procuratoris nobilis Ludovici Cornelli. Sig † num nobilis Gilaberti de Scintillis, domini castri de Nules. Sig † num Michaelis Roderici de Hain, procuratoris nobilis Johannis Martini de Luna. Sig † num Gondissalvi Gonzalvez de Lucio. Sig † num nobilis Gonbaldi de Tramaçeto. Sig † num nobilis Berengarii de Ripellis. Sig † num nobilis Arnaldi d'Orcau. Sig † num nobilis Bernardi de Angularia. Sig † num Petri Jordani de Urries militis. Sig † num Raymundi de Pinello. Sig † num Vitalis de Vilanova. Sig † num Francisci d'Esplugues. Sig † num Geraldi Çafont. Sig † num Januarii Rabaça, licenciati in legibus. Sig † num Berengarii Mercaderii, procuratorum nobilium et militum ac generosorum regni Valencie. Sig † num Raymundi de Tarba, militis. Sig † num Garsie Luppi de Luna, militis. Sig † num Raymundi Dezpujol, militis. Sig † num Arnaldi de Cervilione. Sig † num Bartholomei de Falchs. Sig † num Arnaldi de Francia, militis. Sig † num Guillelmi Doç, militis. Sig † num Petri Sancii de Fanlo. Sig † num Jazperti de Barberano. Sig † num Berengarii de Rippis.

Sig † num Petri Luppi Sarnes. Sig † num Michaelis de Capiella.

Sig † num Luppi de Lorbes. Sig † num Dominici Palomar; sindicorum universitatis civitatis Cesarauguste.

Sig † num Petri de Sancto Clemente. Sig † num Raimundi de Rovira. Sig † num Petri Bussoti. Sig † num Petri Terre, legum doctoris; sindicorum universitatis civitatis Barchinone.

Sig † num Jacobi de Claromonte. Sig † num Jacobi Joffre, licenciati in legibus. Sig † num Martini de Turribus, jurisperiti. Sig † num Francisci Marrades; sindicorum universitatis civitatis Valencie.

Sig † num Petri de Sancto Martino. Sig † num Petri de Montanyana. Sig † num Petri de Carcasona. Sig † num Raimundi de Cumbis, jurisperiti; sindicorum universitatis civitatis Herde.

Sig † num Johannis de Mora. Sig † num Francisci Umberti; sindicorum universitatis civitatis Maioricarum et insule regni ejusdem.

Sig † num Bartholomei de Seres. Sig † num Gayllardi de Lorina; sindicorum universitatis civitatis Osce.

Sig † num Petri de Pratro. Sig † num Bernardi Estruç. Sig † num Johannis Geraldí, legum doctoris; sindicorum universitatis civitatis Gerunde.

Sig † num Francisci Carbonelli, sindici civitatis Xative.

Sig † num Garsie Luppi del Puert. Sig † num Eximini Martini de Vallera; sindicorum universitatis civitatis Tirasone.

Sig † num Ermengaudi Martini. Sig † num Petri Alanyani; sindicorum universitatis ville Perpiniani.

Sig † num Jacobi Vilela. Sig † num Francisci Nerey; sindicorum universitatis civitatis Minorise.

Sig † num Nicolai Daynes. Sig † num Egidii Siduarç; sindicorum universitatis civitatis Jacce.

Sig † num Martini Martineç de Marziella. Sig † num Eximini Luppi de Sancta Cruce, jurisperiti; sindicorum universitatis Turolii et aldearum ejusdem.

Sig † num Guillelmi Petri Ferriç. Sig † num Guillelmi de Crexença; sindicorum universitatis civitatis Barbastrí.

Sig † num Arnaldi de Mecina. Sig † num Raimundi Petri; sindicorum universitatis ville Cervarie.

Sig † num Dominici Martini del Avilar. Sig † num Petri Egidii Vertbrun; sindicorum universitatis ville Daroce.

Sig † num Eximini Petri Gil. Sig † num Sancii de Bursa; sindicorum aldearum Daroce.

Sig † num Petri Bruscha, sindici universitatis ville Morelle.

Sig † num Petri Pellicerii. Sig † num Valentini Çapera; sindicorum universitatis Villefranche Penitensium.

Sig † num Raymundi d' Ollers. Sig † num Bartholomei de Castellnou; sindicorum ville Alcanicci.

Sig † num Petri Ros, sindici universitatis ville Muriveteris.

Sig † num Raimundi Embroni, sindici universitatis ville Podice-
ritani.

Sig † num domini Johannis de Boneta. Sig † num Bartholomei de
Gines, sindicorum universitatis ville Borgie.

Sig † num Antonii Boquet. Sig † num Sancii de Moyan; sindi-
corum universitatis ville de Algezira.

Sig † num Johannis Carcaix, sindici universitatis Villefranche Con-
fluentis.

Sig † num Petri Sabater. Sig † num Petri Solçina; sindicorum uni-
versitatis ville Berge.

Sig † num Petri Arnaldi de Villa, sindici ville de Bisulduno.

Sig † num Bernardi Dalmacii, sindici insule Minoricarum.

Sig † num Luppi de Fraguada. Sig † num Michaelis Gayllart; sin-
dicorum universitatis ville de Magayllo.

Sig † num Petri Palomer, sindici universitatis ville Cauquiberi.

Sig † num Laurencii Serradell, sindici universitatis ville Campi-
rotundi.

Sig † num Jacobi Torro, sindici universitatis ville Turricelle de
Montegrino.

Sig † num Jacobi Alegre, sindici universitatis ville de Figeriis.

Sig † num Guillelmi Comelles, sindici universitatis ville Sancti Pe-
tri de Auro.

Sig † num Egidii de Noato. Sig † num Johannis Foro; sindicorum
universitatis ville de Almudeffar.

Sig † num Guillelmi Borrelli. Sig † num Michaelis Navarro; sin-
dicorum universitatis ville de Montcalbano.

Qui predicta omnia et singula, acta de consilio, approbacione et as-
sensu nostri, dictis nominibus approbamus, laudamus et firmamus eis-
que assentimus ac nostrum consensum adhibemus.

Sig † num Nicholay Lobera, canonici Cesarauguste et procuratoris
seu yconomi capituli ejusdem. Sig † num Geraldii Requesen, prepositi et
procuratoris seu yconomi capituli Ilerdensis; qui dictis nominibus pre-
dicta omnia approbamus, laudamus et confirmamus eisque assentimus
ac nostrum consensum adhibemus.

Testes fuerunt ad predictam publicationem et consensum, firmam et
juramentum dicti domini regis et approbationem, assensum et firmas
omnium predictorum, reverendus in Christo pater dominus frater Johan-
nes Callaritanus archiepiscopus; nobilis Berengarius de Appilia, gerens
vices gubernatoris in Cathalonia, Petrus Boil bajulus regni Valencie ge-
neralis, Dominicus Cerdani, justicia Aragonis, milites; Franciscus
Roma, legum doctor, vicecancellarius, Geraldus de Palaciolo, licencia-
tus in legibus, promotor, Berengarius de Relato, thesaurarius domine
regine, et Petrus Ça Costa, bajulus generalis Cathalonie, consiliarii dic-
ti domini regis; Egidius de Lassano, domicellus, gubernator Minorica-

rum, et Gondissalbus de Castroveteri, armorum uxerius ipsius domini regis, et plures alii in multitudine copiosa.

Signum mei Jacobi Conesa, secretarii dicti domini regis Aragonum ejusque auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem ejusdem, qui premissis interfui eaque de istius domini regis mandato scribi in hujusmodi duobus pergamenis cum membranula pergamenea junctis, quorum primum incipit: "In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen" et finit: "in generali curia die presenti constitutorum facimus", secundo vero incipit: "sanccimus, statuimus etc.", feci et clausi. Et corrigitur in primo pergameneo scilicet in lineis XI.^a: "uno anno aliquod rexerint", et in .XVIII.^a: "tulo suo", et .XXII.^a: "Barchinone", et .XXXIX.^a: "ville vel", et .XLIII.^a: "per", et .XLVII.^a: "per eum in posse", et .LXXX.^a: "ubi retroactis", et .LXXXII.^a: "Jacobum"; corrigitur etiam in XV.^a linea secundi pergameni: "setu", et alibi in eadem: "Terraconensem", et in XXX.^a: "civi". Et est sciendum quod signa sindicorum capitulorum Cesarauguste et Ilerde posita in ultima linea aliorum signorum fuerunt ommissa erronee poni suis locis debitis; et ob hoc fuerunt posita ubi supra.

III

CARTA DE AVENENCIA ENTRE HIDALGOS

En el archivo de la casa de Fuertes, de Cangas de Tinco (Asturias), se encuentra un curioso documento del siglo XIV referente a la resolución por avenencia de un ripto entre dos caballeros asturianos, Alvar Alfonso de Cangas y Arias González de Somiedo¹.

El profesor de la Universidad de Coimbra Sr. Cabral y Moncada ha demostrado que el duelo entre los hidalgos perdura como una reminiscencia de venganza privada², y es interesante ver en el documento que transcribimos que el rey procura sustituir el duelo por la composición, quizá pretendiendo la evolución de la venganza privada entre los nobles en la misma forma que se había realizado entre los plebeyos.

La obligación impuesta a Alvar Alfonso de Cangas de pagar tres mil misas por el alma del caballero muerto, se cumplió en el Monasterio de San Juan de Corias (Asturias), en cuyo archivo figuraba un pergamino donde se hacía referencia a estos sufragios³.

R. PRIETO.

Sepan quantos esta carta uieren como yo aluar alfonsso de cangas fijo de lope Rodrigues de cangas demi propia uoluntad Otorgo e co-

¹ Documento núm. 3.

² *Anuario de Historia del Derecho Español*, III, 70.

³ Carvallo: *Antigüedades y cosas memorables de Asturias* (Gran Biblioteca Histórica Asturiana). Oviedo, 1864. II, 230.